

a. 1767



On sine expulso paradii lenis...  
Amplissimum Insuper Vitember-  
gentis Academicæ PA TRVM unano-  
ce, ac sententia una, Profectore hoc  
tempore Magnifico, eodemque Viro  
et Doctore Theologo prorsus incom-  
parabili, IOANNE HENRICO FRVSTKINGIO,  
Patrono et Amplificatore Tuo honorandus omni-  
um communi, Dilectore item Bibliothecæ dexter-  
rino, DIOANNE BAPTISTA ROSCHELLO,  
Venerando Sapientum V. C. seniori, Interprete

# M. SAMVELI CNAVTHIO

MISENENSI EX HERMVNDVRIS  
PHILOLOGO PEREXIMIO

## BIBLIOTHECAE PVBLICAE VITTEMBERGENSIS

PRAEFECTO DESIGNATO  
LONGE DIGNISSIMO  
HONORES NOVOS  
MERITO GRATVLTVR

M. GODOFREDVS VVAGENERVS  
IVTREBOCENSIS SAXO

de Scholis pariter, ac literis, longe meritis-  
simi Virum ad docendi mansuetum, lectum, et  
Tuum, per se electum illustri Ludovico Misnensi Recto-  
tam dilecti cupidiore et constanti, V. H. K. I. V. M.  
alios per integrum tere quinquaginta annis qua-  
disciplinis ac præpararent. Audisti ergo, præter  
hulque ac selectissimis, animam Tuam imparet  
Doctores electi, quinon iam in auctum optimis qu-  
re, peritiores invidiosissimi aculissimique huius studii  
tita mors Tui semper vult, ut adhaereres mar-  
dem literas, delicias iam a puero Tuis, sine quibus  
Bibliothecæ necesse. Atque has clarissimos qui  
Te ipso atque aptorem, qui in procurandis partem  
ca, duxerunt, neminem tenere digniorem sepe in  
de, Tui compendii, neminem tenere digniorem sepe in  
memoria non, neminem tenere digniorem sepe in  
iam animis, pro ca, duxerunt, neminem tenere digniorem sepe in  
latim notitia res, neminem tenere digniorem sepe in  
pus, liberali studium, neminem tenere digniorem sepe in  
rum exliminatio, neminem tenere digniorem sepe in  
elle, neminem tenere digniorem sepe in  
Tibi, neminem tenere digniorem sepe in  
ca, eadem, neminem tenere digniorem sepe in  
Promo quati, neminem tenere digniorem sepe in





On sine exquisito gaudii sensu percepi,  
Amplissimorum Inclytae Vittember-  
genſis Academiae PATRVM una uo-  
ce, ac ſententia una, Proreſſore hoc  
tempore Magnifico, eodemque Viro  
et Doctore Theologo prorſus incom-  
parabili, IOANNE HENRICO FEVSTKINGIO,  
Patrono et Amplificatore Tuo bonorumque omni-  
um communi, Directore item Bibliothecae dexter-  
rimo, D. IOANNE BAPTISTA ROESCHELIO,  
Venerando Sapientum Ordinis Seniore, Interprete  
rerum naturalium accuratiſſimo, et omnis diuinae  
humanaeque ſcientiae, Te ipſo praedicatore ac teſte,  
Promo quaſi Condo, inſigne et amplum Bibliothecae,  
eadem in Academia, Praeſecti nomen ac munus  
Tibi, his ſuperioribus proximis diebus, impoſitum  
eſſe. Nempe ſapientiſſimi iuſtiſſimique illi ingenio-  
rum exiſtimatores, excellenti Tua, cum aliis in arti-  
bus, liberali quidem homine dignis, peritia, tum ſigil-  
latim notitia rei literariae, quam, inde a compluribus  
iam annis, pro ea, qua polles, capaciſſima mente et  
memoria, non ſine ſingulari quadam diligentiae lau-  
de, Tibi comparauiſti, perſpecta dudum et intelle-  
cta, duxerunt, neminem temere digniorem reperiri  
Te ipſo atque aptiorem, qui in procurandae partem  
Bibliothecae ueniret. Atque has elegantiores qui-  
dem literas, delicias iam a puero Tuas, ſine quibus  
uita mors Tibi ſemper uiſa fuit, ut addiſceres matu-  
re, peritiores iucundiſſimi utiliſſimique huius ſtudii  
Doctores elegiſti, qui non ieiunis, uerum optimis qui-  
buſque ac ſelectiſſimis, animum Tuum imbuerent  
diſciplinis ac praepararent. Audiuiſti ergo, praeter  
alios, per integrum fere quinquennium, mirifica qua-  
dam diſcendi cupiditate et conſtantia, VILKIVM  
Tuum, per celebrem illuſtris Ludi Miſeneniſis Recto-  
rem, Virum ad docendi munus natum, factum, et  
de Scholis pariter, ac literis, longe meritiſſi-  
mum,

mum, qui docili sagacique ingenio Tuo nunquam non applaudit, rectamque et expeditam uiam tempestiue non minus, quam fideliter, Tibi commonstrauit. Fundamentis ibi, pro bonitate indolis, egregie iactis, inclytam ad Albim Religionis emendatae et Musarum sedem, non sine laetiori quodam omine, petebas, ac, ut telam, Misenae tam feliciter coeptam, hac in Academia quam optime pertexeres, ante omnes aeternum illud Academiae, immo, totius literati orbis, decus, Polyhistorum SCHVRZFLEISCHIVM, ducem Tibi sumebas, cuius et hospitio, et congressu, non sine ingenti fructu profectuque, per bene longum temporis interuallum, fruebaris, ingeniumque, discendi cupiditate flagrans, atque omnis adeo uirtutis studio incensum, ex sermonibus eius Socraticis, melle quouis et nectare dulcioribus, magis in dies ac magis, sine ullo satietatis sensu, pascebas. Incredibili uero semper contentione elaborasti, ut alios quoque praestantissimos in omni genere doctores alacriter adires, horumque uestigiis insilteres firmiter, fortiores ea in re milites feliciter imitatus, qui impigre ducem suum et animose sequuntur, eius in exemplo, uel absentis, omni mente animoque defixi. Breui igitur tantos in genere doctrinae uario fecisti progressus, ut alius etiam, parietes intra priuatos, operam insigniter praestares. Illi certe, qui, disciplinae causa, Te accedunt, ex limpidissimis doctrinae Tuae fontibus riuos ducturi suos, coniunctam cum eruditione dexteritatem, fidem, solertiam, praedicant certatim et admirantur. Cuius fama uirtutis Tuae, Fautorum Optime, ad alias tandem dimanauit urbes, adeo quidem, ut Misenae, Dresenae, Grimmae, Giffae, Chilonii, dignus iudicare, cui munia, in Scholis ipsorum et Academiis capesenda, sponte offerrentur. Sed, miro quodam hic commorandi amore captus, has Tibi oblatas munerum partes modeste semper recusasti, atque in hu-

ius

Ze 4277 H

X 331 8134

VD 18

ius luce Urbis et Academiae uitam, si DEVS fuerit, non solum agere, sed et finire, decreuisti. Haec Academiae PATRES cum respicerent, qui constantissimum hunc Tuum in Vittembergam amorem, ac pietatem potius inusitatam, ingeniumque omni humanitate perpolitum, abunde pridem cognouerant, de aliquo Tibi munere publico prouidere constituerunt, spe freti certissima, Bibliothecae, cui iam es praepositus, cuique proximus habitas, administrationem nec incommode, nec sine publico quodam emolumento, abs Te suscipi posse. Quare non possum facere, quin nouam hanc Tibi prouinciam gratuler ex animo, DEVMque O.M., quo statore ut omnia, sic et literae, florent, per sancte uenerer, ut bene ac feliciter recens honoris munerisque decus ipse Tibi uertat. Haud unis enim modis Tibi me obstrictum deuinctumque reddidisti, cum primis uero liberali Tua docendi ratione, colloquiis item Tuis, suauitate non uulgari conditis, quibus per aliquot annos, magna cum utilitate mea, perfrui concessum fuit. Faxit igitur summum praepotensque NUMEN, ut hic recens collatus in Te honos, quem es consensu promeritus omnium, gradus ad maioris fastigium sit dignitatis, atque ut de re literaria quam praeclarissime diligentissimeque deinceps promerere. Idem ille DEVS Te, per multos, adhuc annos, humaniorum in literarum ornamentum, florere iubeat, omnique prosperitatis genere identidem cumulet, quo Patria Tua, ingeniorum praestantia, doctorumque copia uirorum, omnibus Germaniae regionibus facile antecellens, decique suo tam culto diutissime sibi gratuletur, PATER uero Tuus, meritis ipsoque iam senio Venerandus, in senectute sua solatium semper et gaudium ex Te quam solidissimum capiat, Tibi denique ipsi aeternam in orbe docto famam condas. Scribebam in Museo, Idibus Decembribus, A. C. MDCCX.

211

a. 1767



On fine expulso gradui leni...  
Amplissimum Inlyre Vitemper-  
genis Acaemise PATVM unano-  
ce, ac sententia una, Professore hoc  
tempore Magnifico, eodemque Viro  
et Doctore Theologo prout incom-  
parabili, IOANNE HENRICO FEVSTINGIO,  
Patrono et Amplificatore Tuo honorandus omni-  
um communi, Directore item Bibliothecae dexter-  
rimo, DIOANNE BAPTISTA ROSCHELLO,  
Venerando Sapientum Ordinis Seniore Inyterre

V. C

IOHANNES CNAVTHIO

MISENENSI EX HERMVNDVRIS  
PHILOLOGO PEREXIMIO

THECAE PVBLICAE  
VITTEMBERGENSIS

PRAEFECTO DESIGNATO

LONGE DIGNISSIMO

HONORES NOVOS

MERITO GRATVLATVR

DOFREDVS VVAGENERVS

IVTREBOCENSIS SAXO

